...s Stanisl. Kostka
...Alb. Rach. Protestatio perennan-
tis famae.

PROTESTATIO
Perennantis Famæ
Contra licentiam fatorum
In Obitu & funere
Perillustris olim Clarissimi & Adm: Rndi Domini
M. CLEMENTIS STANISLAI KOSTKA HERKA,
In Universitate Crac: U. J. LICENTIATI & Doctoriani PROFESSORIS, COLLEGÆ MAJORIS Juridici, Ecclesiarum Insignis Collegiatæ SS. OO. Crac: CANCELLARII, Parochialis in Koniusza PRÆPOSITI & Droginia Curati, Academiæ Pinczoviensis PROVISORIS, Curiæ Celsissimi PRINCIPIS Illustrissimi & Reverendissimi Dni CAJETANI IGNATII SOŁTYK, EPISCOPI Cracov: DUCIS Severiæ, EQUITIS Aquilæ Albæ, Universitatis Crac: CANCELLARII Faventissimi, Judicis Surrogati, ac intimi Ejusdem Consiliarii.

Publicè
FACTA.
Et per

M. ADALBERTUM JOACHIMUM FOLTANSKI Philosophiæ DOCTOREM, ejusdemq; Regium ac Tylicianum Eloquentiæ PROFESSOREM, COLLEGAM MAJOREM Ecclesiæ Collegiatæ S. ANNÆ Zielopolscianũ CANONICUM

Dum

In Ecclesia Insignis Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ Justa Ei funebralia maximo omnium dolore persolverentur Actis Immortalitatis
INGROSSATA.

Cracoviæ Typis Collegii Majoris, Anno Dñi 1759. Die 11. 8bris.

560. # Licentiâ fatorum!

o quanta in hac viventium Universitate, fit rerum confusio!

446 contra illud in sui favorem Statutum (*a*)

nullam exceptionem admittunt;

quod illis, quando, & quomodo libet, licet.

Cæco omnia agunt impetu,

& vel ideo delectum Personarum ignorant.

Sunt rebus inimica secundis,

in sinistram partem, si non pertrahunt vota, eludunt.

Quod semel inter viventia obtinuerunt prædominiũ

pro arbitrio ocyùs, seriùsvè exercent.

Non Dignitas quemq; non ætas eximit.

Cum flore fructum, cum vere autumnum confundunt,

Imperatorum Thronos in sarcophagos transformant,

Regum Sceptra mutant in spectra,

Equitum turmas in urnas redigunt.

Sed quæ vestrum licentia o fata!

impunè ne virtus & eruditio tantam licentiæ feret sævitiem?

Non habet in doctum jus Libitina caput

Virtus perpetuum condit sibi ævum. (*b*)

Idcirco

contra omnem fatorum processum.

Meritis & Virtutibus præjudiciosum,

ac immaturè nimis formatum

adversùs

Perillustrem olim Clarissimum

M. CLEMENTEM STANISLAUM

KOSTKA HERKA U. J. Licentiatum

Virum morum innocentiâ, ac quavis eruditione, quà publicè,

quà privatim commendatum;

intervenit cum solemni protestatione.

(*a*) *ad Hæbreos 9no v. 27.* (*b*) *Ines.*

Fama

Fama Perennans. 561.

Atteſtatur omnibus
Per diſſitas Germaniæ Sileſiæq; oras non quærendo documenta
Illius Patriam eſſe,
Metropolim Poloniæ, ac Regum Coronatricem Cracoviam,
Hujus Regiæ Urbis Turres,
Imperatricis Romæ Collibus,
ſi non ſublimiores, ſcitote æmulas
Authoritatis, Honoris ac Prudentiæ
non impar utriſq; cum plenitudine celſitudo,
Rationem Quæritis?
Sunto etiam nunc viva teſtimonia:
Aliàs
omni Titulô majores Viri,
quibusvis Faſcibus digni,
Orbis, Regum, ac Principum
ab antiquo amor.
E quorum numero,
Vir optimè meritus,
de Eccleſia & Republica Literaria,
PERILLUSTRIS olim U. J. LICENTIATUS,
ad inſtantiam fatorum, proh dolor! abiit!
Quò, quando, & quomodo!
Abiit
poſt mortalitatis exuvias
in regionem vivorum.
Poſt 46. vitæ, poſt 30. in Statione Academica annos,
ad requiem ſempiternam.
Cum plenaria in voluntatem DEI reſignatione,
poſt toleratos toto ſemeſtri dolores,

 Die

562

Die 8va Octobris, Annô ut supra
in illam vitam, ubi nullus dolor,

Abiit

O effrenata, quia sine fronte fatorum licentia!
Quonam permissum jure.
Virum omni perfectione maturum,
Principibus Viris amantissimum,
Literis ac Literatis desideratissimum,
adeo immaturè, ac liberè, è medio viventium tollere.

Contra hunc fatorum, actum

Meritorum, Gloriæ, Virtutum ac Sapientiæ
perennis Tanti Viri (cui vix parem sæcula dabunt) Fama,
suam Protestationem Actis Immortalitatis inscribit.

Adducit primò in testimonium

Scholam Regni Ejus Altricem
Universitatem Cracoviensem.

Vidit & gavisa est hæc grandæva Mater,
quomodo ille ad magna natam indolem,
non ad ludicra, sed ad seria transtulit.
Inter Purpuratos Ejus Proceres necdum rugosus
monstravit cum Papirio,
posse sapere ante pilos.
Quartum ætatis nondum attigerat lustrum,
& utraq; in Philosophia redimitur Laureâ.
In publico, publicæ ad Doctorandum Licentiaturæ Actu
utrum publicæ Scholæ sint præferendæ privatis.
ita egit Oratorem
ut simul se Virum bonum demonstrâsset.
Hæc Ejus inæstimabilia naturæ ac virtutis bona,
jam tunc plurimi & æstimârunt publicè,
& particulari affectu adamârunt.
Academicam Spartham quàm susceperat,
domi forisquè
in Cathedris & Exedris exornavit, satis ad gloriam.

Hac

Hac in Urbe
quot quot ſunt auguſtæ Ædes,
DEO, Divisq; Cælitibus ſacratæ,
Verbi Divini zeloziſſimum habuere Præconem.
Non interrupto duodecem annorum tractu
Diebûs Sabbathivîs
Virginis Sacratiſſimæ deprædicando laudes
ad Coronam Cælorum Reginæ, verborum loquebatur gemmas;
Præſumendum fortiter,
è *Circulo*, annulo æternitatis inſertas.
Egent teſtimoniis,
quibus anguſta non niſi domi ſuppellex.
Publicam merentur fidem,
quæ ad perennem, contra fatorum licentiam, memoriam,
Actis Immortalitatis ingroſſantur.
Sunt hæc approbata ab omni exceptione Majoribus Viris,
Inſuper
alia ad limam luci publicæ è prælo tradita,
alia in ſinu æternitatis recondita.
Reliquit vitæ ſuæ rationem
in Dominicæ Paſſionis hiſtoria
Eminentiſſimo CARDINALI ac PRINCIPI Celſiſſimo
Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino
EPISCOPO CRACOVIENSI
JOANNI ALEXANDRO
in Lipe
L I P S K I
nuper dicata.
Dedit gerendi ſe, laborum, ac eruditionis argumenta
in Libello ſub Titulo Philothea,
ad pietatem perfectionemq; Chriſtianam viam demonſtrando,
dedit in glorioſis circa Academicos labores Occupationibus

ore & calamô contra vitia pugnando,
virtutes extollendo,
in ſe Sanctisq; ſuis mirabilem DEUM laudando.
Utrumq; verò inſcriptum dicatumq;
Magno Nomini Honoriq;
ILLUSTRISSIMIS ac EXCELLENTISSIMIS DOMINIS
STEPHANO & ADAMO
in Zakliczyn
COMITIBUS
JORDAN
PALATINIDIS BRACLAVIENSIBUS
Viris & perennibus Faſtis, & primis Faſcibus digniſſimis,
Literarum ac Literatorum amantiſſimis,
quibus in Deum pietas, in Patriam zelus, in eruditos æſtimatio,
eſt laus maxima.
Tanti, tantæq; prudentiæ, rerum ac Virorum Arbitri,
non ne perennanti ſufficerent Famæ,
Ni dediſſet ſimul graviſſimum ſentimentum,
Perſonarum & Ingeniorum Ponderator,
Muſarum Academicarum Mecænas, ac Protector,
Celſiſſimus olim PRINCEPS
Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus,
ANDREAS
STANISLAVS KOSTKA
in Załuſkie
ZAŁVSKI
EPISCOPUS CRACOVIENSIS &c:
Dum illum non quidem ſtaturâ,
verum ingeniô parem Maximis,

Ad

Ad Minus tunc Collegium,
per omnes, laboris meritorumq; maturo passu procedentē grad9,
magnorum in sui Diœcesi Operum,
Cooperatorem adſcivit.
Nempe
Duorum Decanatuum *Dobczynenſis & Lipnicenſis*,
cum ſpecialibus Privilegiis delegavit
VISITATOREM GENERALEM.
In hoc Vice Epiſcopali Officio,
multa in perplexis facilitanda,
in arduis reſolvenda,
in dubiis informanda,
conquiſitæ multa eruditione perſpicaciæ,
perſpicaci in peragendis publicis negotiis prudentiæ,
data, credita, ac relicta.
Ab hoc
CELSISSIMO DELEGANTE
toties vivæ vocis oraculô eſt recognitum,
quòd ſolidè exquiſitum,
maturè, ponderatum,
canonicè deciſum,
Juris etiam Divini Sententiis probatum,
quid quid alto & edecumato Judicio, fuit commiſſum.
Hæc vel innuiſſe ſufficiat,
quæ pro Juribus Eccleſiarum,
quæ pro Statûs Spiritualis Dignitate egerat,
ipſa Viſitationis Acta & Decreta,
præſentibus, venturisq; temporibus,
& teſtantur, & teſtari non deſinent.
Huic Magno optimoq; PRÆSULI cognit9 meritis

 multo-

566 multorum ANTISTITUM ac PRINCIPUM
æquè augusta meruit de se cogitamina.
Non ad speciem tantùm Dotum suarum illiciô,
conciliavit sibi cor & animum
Primi Regni hujus Sacrorumq; PRINCIPIS,
Celsissimi olim ac Reverendissimi,

A D A M I

in Liptow & Orawa

KOMOROWSKI,

ARCHIEPISCOPI GNESNENSIS

De Ecclesia DEI & Patria meritissimi.
Quàm solida illaq; non solùm ad tinnitùm Ejus fuit eruditio,
quàm fundata in rebus ipsis gravitas,
quàm circumspecta in omnibus prudentia,
testatus est & verbîs expressìs, & favoribûs,
Generis, Dignitatis, ac meritorum præcellentiâ,
orthodoxæ Fidei, Boniq; Communis zelô,
Literarum & Literatorum amore

Magnus Pontifex

Illustrissimus & Reverendissimus Dominus,

CAJETANVS IGNATIVS
S O Ł T Y K

EPISCOPUS CRACOVIENSIS.

Hic Ingeniorum Arbiter
omnem Ejus in utroq; Jure peritiam,
sufficienter probatam, Actis immortalitatis tradidit,
dùm JUDICEM SURROGATUM
Curiæ suæ constituendo, instituit.

Tulit

Tulit & gravissimam sententiam, 567
pro intaminata candoris Academici fide,
pro solerti, in rebus cujusvis momenti, peritia,
pro circumspecta, in dictis ac responsis, sapientia,
per publicam, publicè factam electionem,
in intimum Sui CONSILIARIUM.
Etiam ex hoc fonte, illamq; non exiguam famam,
nuper
in decisa, pro publica, capessendæ ex utroq; Jure,
Laureæ Doctoralis licentia, Quæstione,
unà secum dicavit publicè,
Sui suæq; in Scientiis Matris,
Mecænatum Maximo,
PRINCIPI CELSISSIMO;
In Cujus Præsuleis manibus,
ut factam pro temporis exigentia,
hanc gratitudinis ac obsequiorum recognitionem,
(*antequam grandiorem litâsset hecatomben*)
in sui ad coram quantocyus fecisset Persona,
o quàm! & quantîs exoptaverat desideriîs!
Hunc, ac ulteriorem Processum,
in prima limitaverunt instantia,
inopinata ac invida fata!
Impunis ne erit? tanta fatorum licentia!
perennans agit causam fama,
coram Immortalitatis Actis solemniter protestando,
Fide digna documenta
ab alienis etiam exportat Musis,
Decisum de illo fuerat ab ejus ingenii Arbitris,
cùm Gedani,
exoticis linguis, ac interim humanioribus studiis navaßet operã,
quanta eruditionis ac virtutis habuerit semina.

C Com-

568. Comprobatum simul,
quantùm valeat Academica Institutio,
Adducit in testimonium,
totam fermè cum suis Primis Proceribus *Majorem Poloniam*.
454 *Academiæ Posnaniensis olim RECTORI*,
dein Pinczoviensis PROVISORI,
atq; per omnes actus, labores, ac in scientiis gradus,
Vtriusq; Juris LICENTIATO;
quam cordis & animi propensionem præstitit superstiti,
& nunc præstaret pie defuncto;
PRINCEPS CELSISSIMVS
Illustrissimus & Reverendissimus Dominus
THEODORVS DVX
in Klewan & Zukow
CZARTORYISKI,
EPISCOPVS POSNANIENSIS.
Uti omni elogiô major
PRÆSVL & PRINCEPS,
ita distinctis parem illum demonstravit Viris,
cùm in Authoritatis Jurisdictionis,
ac privilegiatæ in Universitate Crac: Personæ, distinctionem,
usum *Mantoleti*, & *Robietæ*,
Illi, & per Illum, Succedaneis ejusdem Academiæ
Rectoribus,
(Illustrissimo & Reverendissimo assentiente Capitulo)
dedit, in perpetuumq; concessit.
Ejus inæstimabiles animi corporisq; Dotes,
Principibus Viris, in pretio habitas,
ùt tantùm in gravissimi judicii ponderavit statera,

Illu-

Illustrissimus & Reverendissimus Dominus
JOSEPHVS THADÆVS 569
in Kierz
K I E R S K I
Bolinensis
E P I S C O P V S,
Posnaniensis
SVFFRAGANEVS ac PRÆPOSITVS
nunc Regni hujus
S E C R E T A R I V S;
ad sanguinis Meritorumq; privilegium,
ad publicæ ex rectefactis, ac Virtutibus Famæ instantiam,
primis in Regno Infulis, quantocyus exornandus.
Hæc in Illo magnæ æstimationis talenta,
Cæli ac naturæ beneficiô concessa,
sedulô virtutis exercitiô expolita,
indies magis & appretiabat, & æstimabat.
Etenim
Viderat, audierat, totiesq; probaverat,
quæ pro ratione Statûs Academici,
& egit dicenda, & dixit agenda.
Majoris Poloniæ Studiis
dum præfuit trienniô,
in plures, multifariàm profuit annos.
Academicum illius Loci Oratorium,
*E*jus ope ac opere
& interiùs exornatum, & supellectili auctum.
Pro majori studiorum augmento,
Gallicæ lingvæ tradendo præcepta,
C 2 Egerat

570. egerat ſimul & *Rectorem* & *Profeßorem*.
Judiciorum Synodalis *Aßeßor*,
ipſa ex Jure loquebatur dogmata.
Ex primariis, in celeberrimis Actibus Exedris,
zelô & Spiritu prædicabat Apoſtolicô,
Principum, Præſulum, ac Magnorum in Majorica
Procerum, viſitando Limina,
ubiq; reliquit ſui deſiderium.
Redire aliter non potuit,
niſi vel cum Magnatum favoribus,
in Muſas Academicas,
vel cum majori ſemper æſtimatione ſui,
ac Nominis Academici.
Addiderunt non modicum pondus ejus Dotibus,
gravi ſuo ſenſu
Infulata, ac Infulanda in illa Diæceſi Capita.
Auxerunt virtutis ac Eruditionis ſplendorem,
gratioſo influxu.
Senatorii ac *Equeſtris* Ordinis,
illo ſub Sole *Illuſtriſſima Nomina*.
Hæc cum debito cultu, præmiſſa publica recognitione,
in majus teſtimonium
perennans hac in pagina citâſſet Fama,
ni & hic Minoris Poloniæ,
Honoribûs Magnos,
Virtutibûs ac meritîs Maximos Viros,
excepiſſet pro ſui parte, veneratione profundiſſima.
Adorat primò ac principaliter,
Primum hujus Diœceſèôs Sacrorum Principem,
gratioſiſſimum p.d. Mecænatem,
faventiſſimum Univerſitatis Cracovien: CANCELLARIUM.
Jam legit Actis immortalitatis ingroſſata,
de Me-

de Meritis, virtutibus, ac eruditione, 571.
evidentissima, authoritatisq; maximæ documenta,
desumpta ex Officio
nuper collati JUDICIS SURROGATI.
Agnoscit eadem,
cordis ac propensionis testimonia,
quæ præstiteras superstiti,
& defuncto præstita:
Magne in vita, ac morte Ejus PROTECTOR
Illustrissime & Reverendissime Domine,
FRANCISCE
de Potkana
PODKANSKI,
PATARENSIS EPISCOPE,
SUFFRAGANEE CRACOVIENSIS.
Et ideo
immortalitatis jam inscriptam fastis,
intimæ suæ voluntatis officiosissimam expressionem,
Tibi præsentat.
Pridie exportationis ejus Actum,
in Persona Tui exornâsti gratiosè,
hodie immortalitatis exuvias
(post oblatam DEO immortali hostiam,)
Tuis acsi sacratîs, Pontificiisq; Manibûs,
ad Tumulum defers;
ut palam testeris,
Tui propensionem affectumq; fuisse,
ad aras usq; & funera.
Inter trinas *Vavelli* Coronas,
animorum erga se fuit unio,
eò præstantior, ac pretiosior;
quò magìs mentis candore notabilior.
D Adhæ-

Adhæſerat cordi

Perilluſtris & Reverendiſſimi Domini,

HYACINTHI ŁOPACKI,

dum ſuper Ejus infirmitate indoluit plurimùm,

& contra fatorum licentiam,

quævis adhibuit remedia.

Protraxit in ſui æquè amorem, ac æſtimationem,

Perilluſtres & Reverendiſſimos Dominos,

JOSEPHUM GORZENSKI, VALENTINUM PRUSKI, CHRISTOPHORUM SZEMBEK, ANDREAM POTOCKI, ANDREAM ANKWICZ, DOMINICUM KIEŁCZEWSKI, IGNATIUM SOŁTYK, ADALBERTUM G R Z Y M A Ł A.

Et arcto tempori,

& exiguæ huic paginæ parcendo,

non enumerat ulteriùs, perennans fama,

è *Peraugusti, ac Illuſtriſſimi Capituli numero,*

de Eccleſia & Patria meritiſſimos Viros;

nuper piè defuncti & æſtimatores,

& contra quævis adverſa aſſertores,

Expertus eſt ſingulariorem Tui in ſe propenſionem.

Perilluſtris & Reverendiſſime Domine

FRANCISCE CZERNY,

CRACOVIENSIS CANONICE

Curiæ Epiſcopalis Auditor.

Pro omni favore & affectu,

quas nuper in die Tui Natalis apprecationes tranſcripſerat,

(licet

(licet tremula è lecto infirmitatis manu) 573.
coram Actis immortalitatis,
& repetit & instat confirmari.
Augent hic perennantis famæ authoritatem,
è *Senatorio Equestriq;* utriusq; Poloniæ
in Sago & Toga Viri emeritissimi.
Principes Celsissimi LUBOMIRII,
Illustrissimi ac Excellentissimi Domini,
WIELOPOLSCII, WODZICCII, ŁETOWSCII,
SIERAKOWSCII, OTFINOWSCII
ac totus fermè hujus Minoricæ Nobilior Congressus.
Probant desumpta documenta
è pervetustissima Domo,
DZIAŁYNSCIORUM, OPALINSCIORUM,
SZOŁDRSCIORUM, RACZENSCIORUM,
aliarumq; Familiarum,
suis Prærogativis ubiq; distinctarum,
quas non allegat hic perennans fama,
illas non nisi debito veneratur cultu.
Ecclesiæ ac totius Reipublice desideratissimo,
Illustrissimo olim ac Excellentissimo Domino
AVGVSTINO DZIAŁYNSKI
PALATINO CALISSIENSI,
adeo intimus fuerat,
ut Ejus cordis secreta & plurima noverit,
& aliqua profundo judicio concredita habuerit.
Lucratus est cor & animum propensissimum,
Illustrissimi ac Excellentissimi Domini
ADAMI JORDAN,
Cui *Ecclesiam Droginensem*, ut tantùm obtulerat,
D2 illico

574 illico temporum injuriâ dirutam,
à fundamentis erexerat,
extra & intùs exornaverat
ut quàm diutissimè illi præfinisset.
Contra licentiosè procedentia fata,
quæ Vir prudentissimus, non excogitabat media,
aliquoties de die visitabat decumbentem,
consiliîs juvabat,
verbîs svavissimîs solabatur.
Tot à tantis Viris Favorum,
nec vixit ingratus, nec obiit immemor.
Ante sui nunquam satis deflenda fata,
adversùs quorum licentiam,
omnibûs, Catholico more munitus fuerat Sacramentîs;
ultimæ suæ voluntatis Testamentô,
id inter alia specialiter commisit,
ut Status Utriusq; ,
Minoris, Majorisq; Poloniæ Proceribus;
ut Almæ hujus Universitatis Statoribus,
pro cujusvis distinctione, affectu, ac respectu,
debita exhiberetur gratiarum actio.
Recognoscit illam,
jam coram immortalitatis Actis;
quæ & quanta hic, unicuiq; debeat pro Favoribus,
si obsequiorum non exsolvit promptitudine,
sincera sui voluntate satisfecit.
Oberratus plurimum Tibi,
PRINCEPS Celsissime
ac Illustrissime ANTISTES,
quam non poterat superstes,
defunctus reddit,
gratitudinis, ac sinceræ voluntatatis testimonium.
Exportatas, exhibitasq; toties Gratias,
Illu-

Illustrissimi ac Reverendissimi Capituli,

Famæ perennanti
ingrossandas, acticandasq; commisit.
Specialiter veró Actus hos,
quos & in Exportationis, & Depositionis munere
pro æstimatione, amore,
ac noti sibi tanti Viri gloria
suscepisti, absolvisti, & adornâsti,
Illustrissime & Reverendissime Domine,
Cracoviensis SUFFRAGANEE,
transfert ad immortalitatem perennans Fama.
In Toga, Sago, & Purpura
Primorum hujus Regni Procerum,
quæ sibi devicta, noverat corda,
etiam post divisionem animæ,
quód eis pariter cor integrum servabit,
contra quævis fatorum protestatur Acta,
Acceperat hic Vir
tot & tantis obtentam laboribus licentiam
ad capessendam in U. J. Doctoralem Lauream,
à Te
RECTOR MAGNIFICE
Perillustris & Reverendissime Domine
M. STANISLAE
MAMCZYNSKI,
Universisatis Cracoviensis
PROCANCELLARIE Dignissime,
Hanc Licentiam,
dum eripiunt idq; violenter fata,
& coram Tuis Rectoralibus protestatur Actis,
vitæ suæ processum Tibi commendando.

E Et cum

~~600~~ 576.

Et cum jam in domum æternitatis recederet,
ulteriorem hic circa se Actum,
ac ultimæ voluntatis Decreti executionem,
commisit & cum plenaria potestate dedit.
Vobis omni exceptione Majoribus Arbitris
Perillustres Clarissimi & Admodum Reverendi Domini,
M. CASIMIRE STĘPLOWSKI,
Sacræ Theologiæ Licentiate, Eccl: Coll: S. Floriani Custos, &c:
M. JACOBE MARCISZEWSKI,
V. J. Professor, Juridice Collega,
Eccll: Coll: SS. OO. Primicerie, &c:
Illustr: Adm: Rnde D. JOANNES ANGIELSKI,
Eccl: Coll: Bobovienſis Custos.
Generose Domine
JOANNES NEPOMUCENE HERKA,
Subdelegate Castrensis Becensis Jurate.
Circa inviolabilia Vestrum affectûs documenta,
ex MARIANNA de ŁODZINSCIIS,
sistunt ac interveniunt.
Illustrissimæ Colligatarum Familiarum Domus,
ŁODZINSCIORUM, WAXMANORUM,
DEMBINSCIORUM, STAROWIEYSCIORUM
CHMIELOWSCIORUM &c:
aliorumq; hoc in Regno Procerum Nomina.
Ipsa Mater Universitas,
præsenti, contra licentiam fatorum protestatione
Actis immortalitatis ingrossata,
hanc promovebit causam,
Non sinent continuis Cælum pulsare precibûs,
quot quot sunt, & in hac Regni Schola,
Magno Ejus Nomini studiosi,
ut requiem habeat sempiternam.